Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



tra puenire. Ideoq: eius labores blande consolatus quam regnum dei tantum quaerere
praecipit eidem regnum apatre dandum conplacita benignitate promittit.

t. de ii
ii
m. exeum
m. cviii

Vendite quae possidetis et date elimosinam.

Nolite inquit timere ne propter regnum dei militantibus huius uitae necessaria desint quin etiam possessa propter elimosinam uendite quod tunc dignesit quando
quis semel pro dño suis omnibus spreuis nihilominus post haec labore manuum unde et
uictum tuentur sigere et elimosinam dare queat operetur unde gloriatur apostolus dicens:
Argentum aut aurum aut uestem nullius concupiui ipsi scitis quoniam ad ea quae mihi
opus erant et his qui mecum sunt ministrauerunt manus istae omnia ostendi uobis
quomodo sic laborantes oportet suscipere infirmos.

t. de m
v
m. xlvi

Facite uobis sacculos qui non ueterascunt.

Elimosinas uidelicet operando quarum merces in aeternum maneat ubi non hoc
praeceptum esse putandum est ut nil pecuniae reseruetur a scis uel suis scilicet uel
pauperum uisibus suggerendae cum et ipse dns ministrabant angeli tamen ad in
formandam ecclesiam loculos habuisse legatur et a fidelibus oblata conseruans et suo
rum necessitatibus aliisque indigentibus tribuens sed nedum propter ista seruatur et ob in
opiae timorem iustitia defenditur.

Thesaurum non deficientem in caelis quo fur non ad
propiat neque tinea corrumpit.

Siue simpliciter accipiendum quod pecunia seruata deficiat uel uidelicet a fure thesauris
erecta uel in thesauris ipsa sui fragilitate fedata. data autem pro eo perennem miseri
cordiae fructum conferet in caelis: seu certe ita intellegendum quod thesaurus bonis
operis si comedit restris occasione condatur facile corruptus intereat at si caelesti
solum intentione congeretur. non exterius hominum fauore non intus in animi gloriae
ualeat labemaculari. fur enim deforis rapit tinea scindit interius. fur abstulit
diuitias eorum. de quibus ait. receperunt mercedem suam. tinea corrumpit uestes
eorum quos psalmista redarguens ait. quoniam dissipauit ossa hominum sibi pla
centium. Ossa enim uirtutum robur appellat.

Ubi enim thesaurus uestrus est ibi et cor uestrum erit.

Hoc non solum de pecunia sed et de cunctis passionibus sentendum est gulosi diuentre est.
Ibi ergo habet cor ubi et thesaurum. luxoriosi thesauri aepulesunt lasciui ludicrae
amatoris libido huic seruit unusquisque quo uincitur.

t. de iii
x
sot

Sint lumbi uestri praecincti et lucernae ardentes.

Quia multos ostendere uel interiorem seto subditos uel saecularis intuitu commodi dno
seruientes pulchre breuiter suos que doceat et lumbos praecingere propter con